




# Tractatus casuum Quorundam Matrimonialiu[m]

<https://hdl.handle.net/1874/432980>





**TRAC**  
**TATVS CASV**  
 um Quorundam  
 Matrimonialiu Ioan:  
 Brentio Authore.

Anno.  
 M. D. XXXII.



HV





# ILLVSTRISSI

MO PRINCIPI AC DOMINO

Georgio Marchioni Brandenburgen:

Stetiñ: Pomeræ: Cassub: Vandal: & c.

Duci Burgrauio Nurnberg: & pri

cipi Rugorū, Domino suo

Clmentissimo, Gratiā

& Pacem.



ISI TANTAM ESSE

norim Celsitudinis tuæ chari-

tatem, Princeps Illustrissime,

qua omnia sufferre, omnia suf-

tinere, omniacq; boni cōsulere iam olim

didiceris, impudentissimus sane omniū

videri poteram, qui inani & absurda ver-

borum meorum sribiligine petiuerim,

tam eximium, tam sublime tamq; omni-

bus modis absolutissimum C. T. fastigi-

um. Gratiās autem agimus Deo patri, ac

domino nostro Iesu Christo, quia tam

magnifice sua misericordia, erga tuam

Celsi, vsus sit, vt omnibus huius immū-

dissimi mundi caducis & illaudatis opi-

A ij bus

bus & honoribus postpositis, vnum id  
agas, id cogites, id mediteris, quo tua cu-  
ra, tuo studio, tuaque diligentia, Verbum  
salutis æternū prædicetur, diuina simul  
ac humana Iura vigeant, & floreat sacro-  
sancta veræ pietatis studia. Vnde certas-  
tim omnes quotquot vel in Christū sins-  
cere credunt, vel pollitiorum litterarum  
studiosi, bonas & immortales Musas co-  
lunt, alius alia pro ingenij sui fertilitate  
incubratione, gratos sese erga C. T.  
exhibere conantur, quorum etiam com-  
plures, animo sane pio, T. C. Heroicas  
& auitas virtutes, quibus alios mille pri-  
cipes longe vincis & exuperas, foeliciter  
quidem, at nunquam satis tandem (nam tan-  
ta cum sint, qui possent?) collaudarunt.  
Ego vero, cui ingenium obrigerit multo  
hebetius & obtusius, quam vt fructum  
aliquem T. C. dignum proferre queat, ne  
tamen vnus omnium ingratus esse  
videar, gemmam preciosam quidem illam  
verum ex alieno thesauro prolatam T. C.  
dicare volui, hoc est libellum Bronsij, quem  
de Matrimonio conscripsit, spem quidem  
per



perexiguum, at reuera magnum, & pluri-  
bus vsui futurum. Et quem fortasse T.  
C. prius dignum iudicauit vt ab Autho-  
re scriberetur, dignus vt excudereſ etiã,  
digniffimum porro iudicabit, arbitror,  
vt idem Libellus a me donatus latinitas  
te, ceteris etiã nationibus communice-  
tur, idq; sub excellentiffimo Tuã Celsi-  
tudinis titulo.

At ſcio, Princeps illuſtriſſime, Dominũ  
Ioannem Bronſium, non nihil mihi ſub-  
iraturum, quia nugas eius ( ſic enim pu-  
tat ) quas inter parietes latere voluit, etiã  
latius ſpargam & euulgem, eſq; muſca,  
quod aiunt, neſcio quem Elephantum fa-  
ciam, irascat ſane, eius enim iram hoc  
loco nihil morabor, nam vt ipſe quidem  
alienæ virtutis & donorum, laudator eſt  
eximius, ita ſui viciffim & ſuarum rerũ  
fere cõtempтор eſt immodicus, idq; quo  
facit ſimplicius, & magis pius, eo gra-  
tiora quoq; nobis ſunt illa, quæ contem-  
nit quam maxime. Vnde nihilo peiorẽ  
etiã hunc eſſe Libellulum pſuadebor,  
quia Bronſius, ſi non cõtemnat, haud ta-  
A iij men

men magni faciat. Sentiat ipse de suis laboribus, quæ velit modestissime, ne quid aliud dicam, dum nos tamen ipsi interim fruamur, & ad summam vtilitatem animarum nostrarum vti queamus.

Hunc igitur qualemcunque laborem nostrum Princeps illustriss. clementiss. mi domine, duplici nomine, tuæ celsitudinigratū iri confidimus. Primo, quia pius sit. Deinde, quia sit Bronsij præceptoris mei charissimi (huic enim soli quicquid aut quantulumcunque siue linguarū siue pietatis didicerim, acceptum fero) quem alias etiam intelligo T. C. haud vulgarit esse cōmendatum. Quod superest, omnes oramus vt Deus opt. Maxi. nobis T. C. cum memorabili Christianæ reipub. ex molumento conseruare velit incolumē, cui laus sit, honor, & gloria in omne euiū Amen. Heylprunnæ, Decimo septimo Augusti. Anno &c. M. D. XXXI.  
T. C.

Deditissimus &  
humilimus.

Gaspar Gretterus  
Gundelfemius.

TRACTATUS  
CASVVM QVORVNDAM  
Matrimonialium elegantissimus  
Ioanni Bronsio Authore.



Præfatiuncula.

**Q**VANDOQVIDEM Con-  
tractus ille Matrimonij, ab ip-  
so Domino Deo nostro primū  
quidem ordinatus, deinde vero  
& per Iesum Christum confirmatus sit,  
conueniet igitur vt etiam casus illos ac-  
cidentarios (vt ita dicam) super quibus  
non vnus circa Matrimonium contro-  
uertitur, cum sumo dei timore, debitæ  
Verbi reuerentia iuxta diuinam ordina-  
tionem tractemus. Qui cum varij sint &  
multiplices neq; simul omnes, sed singu-  
latim coincidunt, commodissimum me  
facturum esse confido, si de ipsis ego sin-  
gulis articulatim scripsero, sicq; cōmon-  
A iij stra



grauero, quid in ijs Ciuili Magistratui  
(quem brachium, aut potestatem  
secularem vocāt) vt potesta  
ti a Deo ordinatæ, quid  
deinde Christianis  
Pastoribus  
& ab eodē Deo  
ministris ecclesiæ con  
stitutis, agendū esse ducam,

22

An

2

AN MATRIMONIVM INTER  
Adulescentes & Puellas contractum  
absq; parentum consensu & volun  
tate, ratum haberi debeat  
CAPVT PRIMVM.

**I**RINCIPIO QVERI SO  
let, an matrimonium inter adu  
lescentulos & puellulas, absq;  
parentum cōsensu & volūtate contractū  
firmum & ratum haberi debeat. In  
quo si consideratur inueterata consuetu  
do, præterea nudum illud cōnubiale pac  
tum quod intercessit, certe Matrimoniū  
tali modo contractum, ratum videri pos  
set, & indissolubile. Verum nemo non  
nouit, arbitror, Longam & inueteratam  
consuetudinē ad rei veritatem tuendā  
parum momenti habere. Neq; porro so  
lum hoc an contractum sit matrimoniū,  
sed etiam an iuste, an pie contractum sit  
id vero serio considerandum est. Cum  
enim de matrimonio Christus dominus  
noster

noster prædicaret Math. 19. Inter cætera  
hoc etiam adiecit. Quos deus coniunxerit  
erit homo ne separet, e quibus adpertis-  
sime docemur, inter coniuges, non mo-  
do pactum illud connubiale contempla-  
dum esse, sed an diuinitus etiã coniuncti  
sint. Christus enim non simpliciter ait,  
qui coniuncti fuerint, sed quos Deus cõ-  
iunxerit. Iam vero ad declarandum  
hanc sententiam omnipotens illa, & ab-  
scondita Dei operatio (qua ne pilus qui-  
dem vllus e capite nostro cadere dicitur)  
haud quaquã huc adduci poterit. Huius-  
modi eim occulta cum sit, ab hominibus  
expiscari nõ potest, vt bene scripserit Di-  
uus Apostolus Rhom. 11. Quam inscruta-  
bilia sũt iudicia eius, & ipuestigabiles  
vię eius, quis eim cognouit mentẽ domi-  
ni? aut quis illi fuit a consilijs? Proinde  
quantum ad hanc arcanam & abscondi-  
tam Dei operationẽ attinet, nulli homi-  
num nec fas erit nec possibile, quicquã cer-  
ti super matrimonio statuere siue iudica-  
re. Sic enim loquendo, quoduis quantũ  
libet

libet impium facinus, pro diuino posset interpretari, cum absq̄ Dei operatione, consensu, & vt aiunt, permissione nihil, neq̄ boni, neq̄ mali fiat. Et hoc modo nec illos quidem, qui absq̄ legitimo matrimonio scortis, ne quid aliud dicā, abutant, qui sp̄iā iure reprehēderit, aut seauerit cū nec illi citra diuinā opationem spirare possint, ne dum copulati uiuere. Verum cum dominus Deus noster benignam suam voluntatē, vna cum mirabilibus suis opationibus per sacrā scripturam, & precepta diuinitus tradita, nobis homuncionibus patefecerit, quemadmodum & publice de se scribi & predicari cōmiserit, e quibus solis certi quidpiam colligere poterimus, tutissimum ergo fecerimus, si diuinum iudicauerimus hoc, quod sacræ scripture & constitutioni diuinæ consonum fuerit, Impium vero & nihil minus q̄ diuinū, quod cum ijs iuxta diametrum aduersetur. Quapropter quicquid manifeste aduersus verbū domini ac diuinas eius constitutiones fieri vide



videmus, non immerito Impium & athe-  
on dicamus, neq; a deo fieri, si quid a p̄-  
ceptis eius diuersum cōmittatur, iudica-  
mus. Proinde illud tandē matrimoniū  
solum iudicatur legitime, & diuinitus  
contractum, quod per medium æquum,  
licitum, diuinū, & verbo non aduersum,  
cōtractum fuerit, quo medio si caruerit,  
aut diuersum habuerit, pro legitimo &  
rate haberi non debet.

Porro Lex est domini Dei nostri, quā  
tulit & firmiter a nobis obseruari man-  
dauit, Exo. 20. Honora patrem tuum  
& matrem tuam c̄&. quorum honorem  
hoc est, obedientiam non solum sacre lit-  
teræ, sed & ius cæsareum, quod ciuile vo-  
cant, inter cœtera ad contractū etiam ma-  
trimonialem transfert, quid æque vt or-  
dinationem Dei nisi sicubi verbo domi-  
ni contrarium fuerit, obseruari volunt.

Deut. 7. ita scriptum esse legimus. He-  
thæum, Gergosæum, Cananæum, & c. de-  
trouebis. Non inibis cum eis fœdus, nec  
misereberis eorum, neq; sociabis cū eis  
coniur



coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo &c.  
 Quod proculdubio frustra Moses patribus olim precepisset, si filij sui iuris fuissent, & potuissent absq; parentum consensu matrimonio copulari; Præterea Iud. 21. Iurauerunt filij Israel, se non datos de filiabus suis filijs Ben Iamini uxores, postmodum vero ducti penitentia, cum tribum Benjamin vererentur extinguendum, vocem suam leuauerunt, & magno ululatu flere coeperunt dicentes, unde vxores accipiant, omnes enim in comune iurauimus &c. Vbi se filiaë citra parentum voluntatē nubere potuissent, non tanti fuisse iuramentum eorū, quorum filiaë sui iuris existentes, eos ex hoc tam anxio dolore facillime potuissent eximere. Idem hoc iura velle ciuilia paulo ante memorauimus, sic enim habent. Iustas autem nuptias, inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum precepta legum coeunt. Masculi quidem puberes, foemine autem viripotentes, siue patres

tres familias sint siue filij familias, dū ta  
mēsi filij familias sint, & consensum pa  
rentum habeant in cuius potestate sunt.  
Nam hoc fieri debere, & ciuilis & natu  
ralis ratio suadet, in tantū vt **IVS SVS**  
parentum procedere debeat. Vnde que  
sitū est, an furiosi filia nubere, aut furios  
si filius vxorem ducere possit. Cum q; su  
per filio variabatur, nostra processit deci  
sio, qua permīssum est, ad exemplum fis  
liæ furiosi, filium quo q; furiosi posse, &  
sine patris interuentu, matrimonium si  
bi copulare, secundum datum ex nostra  
constitutione modum. **Iusti: de Nup:**  
**Parag. i.** Præterea, Si Nepos, inquit,  
vxorem velit ducere auo furente, omni  
modo Patris authoritas erit necessaria,  
sed si pater fureat, Auus sapiat, sufficiet  
aui voluntas. ff. de re Nup. L. Si nepos.

Cum ergo Iuri Ciuili, quantū ad obe  
dientiam filiorum erga parentes tam ad  
posite, tam q; concinne, cū præceptis Dei  
cōueniat. Et cum potestas illa, iuxta Pau  
lum, diuina sit ordinatio, necessario seq̄t̄  
ip̄sius

ipsius leges & constitutiones, vt diuinā  
 ordinationē, omnibus suspiciendas, de-  
 bita q̄ reuerentia suscipiendas & obser-  
 uandas esse. Quamq̄ ibi Ius Papisticum  
 verius q̄ Canonicum habeat, quo con-  
 stitutiōni illi tā sanctæ, tamq̄ modis om-  
 nibus obseruandę refragetur. Aequum  
 quidem esse Consensum parentum, verū  
 non necessario requiri. Quod si nobis  
 hoc modo Iura torquere permittit, quid  
 quæso reliquum vel sani vel iusti permā-  
 ferit in toto corpore, quod non pro libi-  
 dine nostra sic interpretemur, æquum q̄  
 dem esse, sed vt teneat, non necessariū.  
 Cumq̄ Iustianus subiiciat, nuptias inter  
 patrem & filiam contrahi non posse, nū  
 similiter dicemus, æquum esse, verū ob-  
 seruatu non necessariū. Quos, amabo,  
 ludos & iocos, Ius civile nobis, hoc mo-  
 do interpretatum, præberet.

Sed quod hæc peruersa Papistarū glos-  
 sa, nihil valeat, aut certe huc nō quadret  
 vel ex initio verborum constitutionis il-  
 lius sumi potest. Iustas inquit nuptias  
 inter

inter se ciues Rhomanī contrahunt, quī  
secundū præcepta Legum contrahūt.  
Sequitur ergo eas nuptias iniustas esse,  
quæ contra legum præcepta contrahunt.  
Huiusmodi autē sunt, quæ citra consensum  
parentum fiunt, quod ne fieret, con-  
stitutione iam enumerata cautum est.  
Et eadem. Si inquit, aduersus ea quæ dix-  
imus aliqui coierint, nec vir, nec vxor,  
nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos  
intelligitur. Equibus constat iure  
civili non solum pro æquitate consule-  
tum, sed etiam mandatum esse, ne liberi  
contra parentum voluntatem & consen-  
sum, nuptias contraherent. Hæc igitur  
cum ita se habeāt, quis ibit inficias, quin  
huiusmodi matrimonium, absq; paren-  
tū consensu & voluntate contractū, aut  
ex iuniorum inobedientia, aut stulta &  
imperitia adulescentia, aut per libidinē,  
aut per dolum, aut per internunciorum  
captiosa lenocinia, aut alijs id genus illi-  
citis medijs, potius a Sathana quam deo  
nostro proficiscatur, cum neq; Iuri di-  
uino



uino, neq; civili consonū sit. Quicquid  
 igit id genus medijs iam recensitis a Sas  
 thana copulatū fuerit, ab hominibus se  
 parari bene poterit, verissimum quidem  
 est quod a Christo dicit. Quod Deus cō  
 iunxerit, homo ne separet. Verum econ  
 uerso, quod Sarhan per suos nebulones  
 & lamias coniunxerit, homo pie rursus  
 poterit (dum ordine suo fiat) separare.

Nam si nudum illud connubiale pactū,  
 nudaq; promissio, absq; alijs, vel pijs vel  
 impijs circumstantijs in matrimonio cō  
 siderari, et secundum ea iudicari deberet  
 tunc nullum prorsus coniugium, q̄uis  
 equissima, & iustissima causa istante pos  
 set dissolui. Ponamus enim exempli  
 vice, duas personas inter se nuptias con  
 traxisse, atq; alteram alteri iuge matris  
 monium spondidisse, iam uero innotes  
 cit alterā impotentē esse, & contractui il  
 li matrimoniali prorsus inhabilē, qd hic agē  
 dum esse iudicaris? Si sponsalia confide  
 res, verbaq; matrimonium confirmata,  
 omnium circūstantiarum respectu sepo

B. sito



sito, coniugium firmum erit, & nulla ra-  
tione solubile, neq; q̄ diu uixerint vnq̄  
separari poterint, cuius tamen eis omnia  
iura potestatem faciunt.

Enumerari præterea solent a iure con-  
sultis quatuordecim fere casus, inter q̄s,  
nonnullos tales haberi volunt, vt diuor-  
tium, in matrimonio solemniter iam p̄-  
acto, decernant tamen. Iam si sponsalia  
tantū nuda, matrimonia ratificarent, qd  
opus erat tot casus referre, quibus irrita  
fieri aut impediri confirmant? In iure  
canonico. Is qui compatris sui filiā dux-  
isset, nullo pacti cōnubialis respectu, ab  
ea rursus separari iubetur, C. Tua nos  
duxit. de cog: sp̄ri: Præterea viduę cui-  
dam, quia viro nupsisset, priorem virum  
quarto gradu consanguinitatis attingen-  
ti, diuortij sententia promulgatur. C. ex  
litteris tuis. de consang. & affi. Postre-  
mo permittit ius canonicum, post cōsen-  
sum legitimum alteri (altero etiam res-  
pugnante, eligere Monasteriū, dumo-  
do carnalis commixtio (sic enim loquit̄  
Canon

Canō) non inueniunt in eos, quia, inquit cum non sint vna caro simul effecti, satis potest vnus ad deum transire, & alter in mūdo remanere. c. verū. de cōuer. cōiug.

Iam si toties in Iure Canonico, pactū illud matrimoniale soluitur, etiam si qs aut tedio coniūgis, aut alias penitentiā adductus, sese in aliquod monasteriū cōijciat, quanto rectius soluitur, cum quis penitentiā adductus, in obedientiā patrum suorum regrediatur; quandoquidem a deo mandatum sit, vt parentes honoremus, vt nos in monasteriū aliquod cōijciamus, mandatum non sit. Quam iniquum autem esset, si in ijs rebus, præcepto domini præferretur Monasticū illud viuere ex bona (quod vocant) intensiōe cōmentum: Adde quod errare legem etiam dei oportuerit, si pactū absq; circūstantiarū ratione contēplari debuit, nam ita legitur Nu. c. 30. Mulier si qd piā uouerit, & se cōstrinxerit iuramēto q̄ est in domo patris sui & in etate adhuc puellari, si cognouerit pater votū qd pollicita ē

& iuramentum quo obligauit animam  
suam, & tacuerit, voti rea erit, quicquid  
pollicita est & iurauit, opere complebit.  
Sin autem statim vt audierit, contradixe-  
rit pater, & vota & iuramenta irrita erūt,  
nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo qđ  
contradixerit pater. Athęc inquis,  
nihil ad Dyonisium, Lex enim illa, nul-  
lam facit mentionem coniugij, sed de vo-  
tis loquitur, oblationum fortasse, aut Ie-  
iunij Deo factis. Verum est. Neq; hanc  
ideo adduxi, vt ea probare velim, sponsa-  
lia nonnunq; solui posse potius, quā vt  
ostenderem, vota qualiacunq; vel Deo  
ipso, nedum homini facta, nō sola, absq;  
circumstantiarū ratione contemplanda  
esse. Nam cum hoc loco ipse dominus  
Deus noster factum sibi votum, per pa-  
triam tamen potestatem irritum fieri, &  
abrogari velit, qđ fieret igitur, vt contēp-  
to prorsus omnium circumstantiarū re-  
spectu, matrimoniale votum homini fac-  
tum, tam rigide seruari, & in dissolubilitē  
valere debeat.

Post

Postremo quod & illarum non minima ratio haberi debeat vel ex eo sumitur quod Efd. 10. Iudæi omnes alienigeas uxores suam quisq; dimittere cogerentur, etiam si quibusdam cum eis communes essent liberi. Taliū eim matrimonia, quia impia erant, legeq; prohibita, non curabant, qualia verba inter coniugatos iam olim intercesserant. Iuxta quorum rationem cur non & nos Christiani potius iudicemus, quam diuersum affirmamus, in solam & nudam illam sponsonem intendentes? Et quanta est hæc vna, cum alioquin nullum sit iuramentum tam magnum, aut tam firmum, quin infringi possit, si ubi rei grauitas, & omnium rerum violentissima necessitas exegerit aut postulauerit?

Verum hic mihi rursus obstreperit sacro sanctum illud (si deus placet) Ius Canonicum, tali matrimonio, absque consensu & voluntate parentum contracto, nescio quo honesto pretextens, quasi honeste faciat ille, qui filiam alterius, eo licet inscio, sibi copulet, cum honesta res sit matrimo  
 B iij nium



nium, illud vero honestū si penitius ītro-  
spicias, multo magis huiuscemodī clau-  
sularia adulescentularū matrimonia phi-  
bet, quā admittit, quanto eim honestior  
est matrimoniū contractus, tanto honesti-  
us etiā auspicari debet. Et quanto enix-  
ius quisq; gloriā & honestatem aucu-  
pari nititur, tanto vicissim debet glorio-  
sioribus & honestioribus ea medijs attē-  
tare. Quis autem honestum esse iudica-  
uerit, cum altera psonarum alterius pa-  
rentes norit, norit debitā erga parentes  
• suos liberorum obedientiam, norit quā-  
tis sudoribus & laboribus a suis educata  
sit, tamen omnibus ijs neglectis, omni-  
bus honestis, & diuinis medijs contemp-  
tis, id vnum curet vt parentes tñ per suos  
dolos & adinventiones furtim sua pro-  
le charissima destituat. Porro si clau-  
destina matrimonia idcirco adprobari  
debeant, quia honestum sit matrimoniū  
nec furtum reprobauerim, diuitiarum &  
possessionis ergo cōmissum, cum æque  
aut non minus honestū sit, aliquid possi-  
dere



dere aut locupletem esse. Verum haud  
 quaerit satis fuerit diuitē fieri, nisi caueat  
 ne malis medijs furto, rapina, malorum  
 excogitatiōe, & id genus alijs sceleribus  
 fiat. Impiū eīm fuerit iniustis medijs ad  
 iusta tendere, neque malum faciendum ē,  
 vt eueniat bonum. Secundo, filiabus  
 potestatem facit nubendi cuiuscūque volue  
 rint, etiam absque parentū consensu, quia  
 libere sint, nec veluti seruae parentū impe  
 rio contineant. Quod si ea libertas ianu  
 am filiabus adperit aduersus dei & parē  
 tum suorū obedientiam agendi, quid ob  
 stet quo minus eadē libertate, sese palam  
 prostituāt, & libere fornicent? Ius eīm pa  
 tristicū eas liberat, & patrię potestati exi  
 mit. Verum si res consideret acuratius,  
 constabit talem libertatem filiabus tradi  
 tam, vt ea non ad malum abutantur, sed  
 vt potius ea frui possint per obedientiā  
 parentibus suis exhibendā, quæ tantis per  
 durat (nisi filia fuerit impij aut furiosi)  
 donec iuste & pie per parētes suos elocent

B iij tum

tum demum patria potestate soluta, alii  
verbo subiiciuntur, quod est, Relinquet  
homo patrem & matrem &c. Sed si li-  
beri contumaces esse voluerint, neq; pa-  
tri recta monenti parere, dimittendi sūt.  
Sic dimiserūt Isaac & Rebecca, Esau ius-  
bedientem filium suum pro sua libidine  
matrimonio iungi, verum obedienti  
Jacob, ipsimet sponsam elegerunt.  
Iam si Christianorū liberi, propter suā  
libertatem. cui voluerint nubendi po-  
testatem habere deberent absq; volunta-  
te parentum, causam scire peruelim, qua  
prepediti Iudeorum filij eadem potesta-  
te caruerint, cum eque liberi fuerint atq;  
Christiani ?

Tertio. Quemadmodum, inquit, filij  
absq; parentū voluntate possunt sese de-  
dere monasterio, ita possunt & matrimo-  
nio iungi, Ad quod argumentum (vt  
dignum habeat patella operculum) in p̄-  
sentiari ita respondendum esse duco, Li-  
beros decere pietatem, etiamsi parentes  
eius impij sint, quibus ī impietate sua ob-  
sequi

sequi nefas fuerit. Cum autē p̄j & Chris-  
 tiani sunt parentes, liberisq; suis iniun-  
 gant, quod nec impium sit nec ihonestū,  
 ibi poterint liberi scilicet inobedientes,  
 contempto parentum suorum iussu sese  
 inquandam Monasterij sentinam præci-  
 pitare, quod obediētes, vt faciant, nūq̄  
 impelli poterint, maxime vero cum ple-  
 riq; nūc (Deo sit gratia) didicerint, quā-  
 ta sit hypocrisis, papistice monachum fi-  
 eri, quanta sit impietas & blasphemia, in  
 gloriam dei, & Christi meritū ementira.

Constat igitur irrefragabiliter, id quod  
 supra diximus, clandestina iuniorū con-  
 iugia, contra parentū voluntatem & con-  
 sensum, inordinate, inobediēter, & im-  
 pię contracta, nulla esse, adeoq; circum-  
 stantiarum ratione perpensa, benequidē  
 & pie dissipari posse.

Neq; vero hoc loco parentes illi De-  
 meæ nimiumq; rigidi, intractabili suę p-  
 tinatiæ, & tyrannidi potius, q̄ maturata-  
 ti, consultum arbitrent. Nam & hoc ne  
 fieret satis abundanter iure ciuili cautū

B v esse

esse legimus (quod in hoc casu, quia non  
sit aduersus verbum domini vt ordina-  
tio Dei teneri debet) Ita eim inqt Mar-  
tianus, qui liberos quos habent in potes-  
tate iniuria phibuerint vxores ducere v<sup>p</sup>  
nubere, vel qui dotem dare noluerint, ex  
constitutione diuorū Seue. & Antoni.  
per proconsules p̄sides q̄ prouinciarū  
cogūtur in matrimoniū collocare, & do-  
tare, prohibere autem videtur, & qui cō-  
ditionem non querit, ff. de ri: nupt: Et  
Vlpi. ibidem. Si, inquit, ita pater absit vt  
ignoretur vbi sit, & an sit, quid faciendū  
est merito dubitatur, & si triennium ef-  
fluxerit, post q̄ adpertissime fuerit pater  
ignotus vbi degit, & an superstes sit, nō  
phibentur liberi eius vtriusq̄ sexus, ma-  
trmonium vel nuptias legitimas cōtra-  
here. Ex iis manifeste colligit, eiusmodi  
liberos, quorum parentes sui, siue negli-  
gentia, siue priuata rei gratia, infirmitas  
tem considerare non vellent, ne q̄ pater-  
ne sese exhibere, vel furore p̄pediti, v<sup>p</sup>  
absentia, contrahere nuptias haud qua q̄  
inhi



inhiberi.

Necq̄ vicissim patri fuerit potestatis  
liberos cogere, vt cum eiusmodi contra-  
hant, quorum neq̄ voluntate neq̄ amo-  
re, neq̄ matrimoniali, (quem vocāt) ad-  
petitu tenentur. Hoc enim non esset pa-  
tris, sed tyranni violentissimi, cui Iure  
obuiam itur a Magistratu, quemadmo-  
dum enim in hoc contractu Matrimonii  
ali, vtriusq̄ consensus requiret̄, ita neu-  
trum violenter cogi decet.

Iam si res ita se habeat, vt parētes qui-  
dam suā cura liberos suos educauerūt,  
eo animo, vt ipsimet oportunitatē nacti  
super coniugio suę prolis cogitare velēt  
interim tamen vsu veniat, vt liberi, aut  
imprudenter, aut ex ebrietate, aut blan-  
dis internuntiorū lenociniis illecti co-  
pulentur, & promissionibus sese astrin-  
gant.

Postea v̄o, priusq̄ carnalis comixtio in-  
ueniat, & nuptię corā ecclesia cōfirmēt̄  
in sese descēdāt, suęq̄ prioris iobediētię  
peni



penitentiam agentes, ad debitam obedientiam reuertantur, neque sua porro, sed parentum voluntate niti cupiant. Istud inque, conubium iuris vtriusque cum Diuini tum ciuilibus autoritate, præterea ratione naturali, & ciuili honestate vt irritum benefectus iungi, dissoluique poterit.

Hactenus igitur satis ostensum est, in liberorum potestate non esse citra parentum consensum nuptias contrahere, aut ita contractas, vt irritas & in validas, ratione circumstantiarum habita, resoluedas esse.

Nunc opere precium est ostendere, quid in ijs casibus Ciuili magistratui, quid inter Christianis parochis agendum sit.

Et quia neque pater neque filius, in sua ipsius causa iudices esse possunt, necessitas ergo postulat, vt ciuilibus magistratus, quosdam integros, prudentes, atque cordatos viros selegat & constituat, quibus huiusmodi casus expendendos & iudicandos commendet, non nudis verbis, quemadmodum hactenus inter papistas consuetudo fuit  
sep

sed examinatis etiam eorum circumstan-  
 tijs, num ex Deo sint, num candide, ho-  
 nestisq; medijs intercesserint. Quo ma-  
 gis autem hæc diuina procederet ordina-  
 tio, non incōmodū mihi videretur, si ma-  
 gistratus decreto in hoc concepto, cunc-  
 tis suę ditionis hominibus iniungendo  
 & adhortando viam præstrueret hæc, v<sup>t</sup>  
 huic simili forma. Quandoquidem om-  
 nipotens Deus plurimum irritetur libe-  
 rorū inobedientia. Deinde parentes etiā  
 eorum haud parum molestentur, quorū  
 tamen maximis sudoribus, angustiis, &  
 sumptibus educati sint. Postremo diui-  
 na simul ac humana lura p̄uaricent & c̄.  
 Senolle, vt porro iuniorum quisq; sub  
 patria potestate existentium, citra paren-  
 tum voluntatem & consensum matrimo-  
 nio copuletur, quod vero, si aliquando  
 futurum sit, nolle, vt tales quoq; sua spō-  
 te rursus seiungentur, sed coram ordi-  
 natis adpareant, ab ipsis pro rei conditi-  
 one sententiam excepturi.

Pastoris autem est, vt e suggestu partē  
 vtram

vtrāq; parentū scilicet, ac filiorum chri-  
stiane fideliterq; doceat, & ad vitam pi-  
am adhortetur, Hos, vt meminerint  
obediētiæ parentibus suis iugiter exhi-  
bendæ, vt cui absq; consensu eorum, se-  
se subtrahere, alijsq; dedere non possint.  
Illos vt educent filios suos in timore do-  
mini per eruditionem, neq; vt Paulus ait  
tyrannica sua morositate ad iram prouo-  
cent, & temporis oportunitatē nacti, fi-  
lios suos non negligant, sed quantum in  
se sit, liberos ad contractum matrimonii  
alem adiuuent.

Et si vsu veniat, vt adolescens quidam  
vxorē absq; patrio consensu ducat, tunc  
pastor huiusmodi nuptias neq; confirma-  
re, neq; eis benedicere debet, verum vna  
cum ceteris iuniorū cognatis laboret, &  
omnē moueat lapidē, si qñ parentū volū-  
tatem possint ipetrare, quod si fieri des-  
peret, vtrumq; coniugium ad iudices a  
magistratu præordinatos, sententiam ab  
eis illic accepturi amandet. Quid autē  
de Pupillis? Num & tutorū consensus,

vt

vt parentū ad eorum matrimonia requiratur: De hoc verbo domini nihil est expressum, etiam si eīm sub hoc p̄cepto Honora patrem tuū &c. Tutores intelligi possent, quibus etiam suus honor, suaq; reuerentia debet. Verum tanti nō est vt p̄pterea eorū consensus ī hoc contractu necessario requiratur. Atqui p̄ceptores & magistratus sub hoc quoq; p̄cepto solēt intelligi, tamē nemo est, qui putat eorum voluntatē ad hanc rem necessariā. Licet igit̄ isto p̄cepto dei parentes, Magistratus, Tutores, & p̄ceptores comprehendantur, tamē intelligitur sua cuiusq; debita reuerentia, ita quod obediatur patri vt patri, magistratui, vt magistratui, p̄ceptori, vt p̄ceptori, vt taceā, quod Iure etiam in hoc casu liberent̄. Ita eīm ait Paulus Iurisconsultus. Sciendū est ad officium curatoris non adtinere, nubat pupilla an non, quia officium eius ex administratione negotiorū cōstat, & ita Seue: & Ant: rescripserūt in hęc verba ad officium curatoris administratio pupillę p̄tinet, nubere



nubere autē pupilla suo arbitrio potest,  
ff. de rit: nup: l. Sciendum. C. de nup. l. in  
copulandis. Cur ergo pupillos sua liber  
tate violenter priuaremus, quam eis iura  
condonent & admittant, neq; sit contra  
preceptum domini Dei nostri? Attamē  
si quid in ordinati accideret, vt impru  
dens pupillus, insidiosē p lenocinia cap  
tetur, post vero liberari cupiat, posset eti  
am ipse a Parocho, ante nuptiarum be  
nedictionem ad iudices remitti, vt re per  
pensa, matrimonium eius aut ratificent,  
aut diuortium decernant.

**QVE PERSONE CVM ALIIS**  
absq; vel cognationis vel affinitatis  
aut alio quouis impedimen  
to Nuptias contrahere  
possunt.

### CAPVT SECVNDVM

**N**OSTRA tempestate a plerisq; du  
bitari solet, quæ personæ cum aliis,  
nullo vel affinitatis vel cognationis vel  
alio

alio quouis medio iuste copulari queant.  
 Nam præcipue tres habentur ordines, in  
 quibus enumerentur illæ inter quas non  
 deceat matrimonium contrahi.

Primus est ipsius Mose. Secundus,  
 Cæsarum. Tertius autem, Papistarum.  
 Et quia tres isti ordines circa nonnullas p=  
 sonas varient, non absurdum fuerit, pri=

mum singulos referre, deinde vero ostē=

dere, quis eorum aut dimittendus sit, aut  
 tennedus.  
 Mose cognationis ergo sequentes p=

sonas prohibet Leui: 18. Matrem, No=

uercam, Sororem, germanam, Sororē ex  
 altero tm̄ prognatam, Neptem ex libe=

ris, Amitam atq; Matertram.  
 Affinitatis ergo, Vxorem patruī, Nū=

rum, Vxorem fratris, Priuignam, Nep=

tē ex priuignis, vxoris meæ viuentis ad=

huc sororem. Hæ personę Iudeis erāt  
 prohibitæ, p̄ter alienigenas, vt est Deut.  
 7. Aliæ vero omnes admittæ, poterant  
 enim ducere Patruales & consobrinas.  
 Nouercæ sororem, Amitam, ex auctorum

C altero

altero, fratris aut sororis filiam (quæ iure  
Iure ciuili prohibite sint vt infra patebit)  
Præterea sororem vxoris defunctæ, filiã  
fratris vxoris, & vt summatim dicam, omnes  
vxoris consobrinas. Atq; hic est ordo,  
quem Mose tenendum instituit.

A Cæsare prohibentur cognationis  
causa Mater, Aua, Soror, Neptis, aliæq;  
omnes ascendentes & descendentes in in-  
finitum. Soror siue amborum siue alteri-  
us tantum parentis, Neptis fratris aut soro-  
ris, Amita, Matertera, amita magna, Ma-  
tertera magna. Ceteræ sunt admittæ, velut  
patruales & consobrinæ &c.

Affinitatis causa, prohibentur, Priuigna,  
nurus, socrus, nouerca, soror vxoris, so-  
ror fratris. Sunt & aliæ quedam quas p-  
hibet cõpaternitatis gratia (vt quas e sa-  
cro fonte susceperim) Item adoptionis  
quæ quia nõ sit eo modo apud nos in vsu  
intermittendam existimo. Tutela q; q;  
suo more ab tempus, inter pupillã & tu-  
toris filium, matrimonium impedit, si-  
militer & seruorum, vt tũ erat, conditio.  
Post

Postremo, mulieres raptæ suis raptoribus nubentes Iure Cæsareo, matrimonia rata contrahere non poterant.

Misogamus autem Papa, nuptias in cognatos & affines, in quartum vsq; gradum prohibet. Ita Lege Papistica, inter patruales & consobrinas contrahi non queat. Et cognationem illam spiritualem, latius etiam q̄ Ius Ciuile extendit, adeo vt nec filius meus, seruam quã ego e baptismo susceperim, possit vxorẽ ducere, imo nec sororem eius nec matrẽ.

Matrimonium item prohibet Sacerdotibus propter sacrum suum ordinem, cum tamen Iura ciuilia non prohibeant q̄uis enim eos expellant a clero & curie ciuitatis illius, in qua (libet enim mihi nunc ipsius constitutione verba referre) clerici erant, cum proprijs rebus tradant, vt est in Autent: de sanctiss. Episco. Para. Si vero post. Col. 9. Matrimonium tamen eorũ firmum & intactũ elinquant.

C ij. Quem



Quem putas igitur ordinem vt diuini  
niorē atq; magis pium assumendū esse?  
Age ergo, Matrimonium & si bona sit  
Dei creatura, quæ etiam a deo benedic-  
tionem acceperit, vt cętera animantia &  
omnes creaturæ cœli ac terræ, Veruntamē-  
n vt dominus Deus noster, creaturis  
per se nomina dare noluit, sed huiusmodi  
nominandas humanæ rationi subiecit,  
& vt agros & prata, quęlibet suas creatu-  
ras, naturali tamen rationi limitibus suis  
determinanda cōmisit. Ita quoq; Matrimo-  
nium & si ab eo creatum, ipsi q; bene-  
dictum sit, noluit tamen dominus per se  
gradus cognationis & affinitatis circū-  
scribere, sed circumscribendos rationali  
sensui, hoc est cuiq; magistratui, pro sui  
populi conditione, & ciuilibus honestatis  
qualitate reliquit. Hoc ita se habere, vel  
ex illo facillime colligitur, quod ante legem  
ipsius Moyses, nius Iacob patriarcha,  
nō iniuste duas sorores simul habere po-  
terat, quod tamen vt iniustū & nefarium  
postmodū a magistratu, Moyses videlicet  
defini

definitum legimus, & a deo confirmatū  
 quod fieri non potuisset, nisi talium rerū  
 declaratio et circumscriptio magistratui  
 per deum tradita esset. Iam vero cū ciuili  
 Magistratus vt D. Petrus ac Paulus  
 Apostoli scribunt, diuina sit ordinatio,  
 necessario sequit̄ eius constitutiones ac  
 decreta, si verbo dei non aduersentur, ab  
 omnibus esse tenenda vt constitutiones  
 & decreta Dei.

Porro cum Mose, Papa, & Cæsar, tres  
 sint diuersi magistratus, triplicesq; sint  
 ordines, et graduum differentie, vt supra  
 diximus. Videamus ergo cuius magis-  
 tratus Decretis & constitutionibus, nos  
 bis Christianis in Germania viuendum

Moses Legislator & magistra (sit.  
 tus erat ordinatione Dei Abrahę genera-  
 tioni traditus, vt populum Israeliticum  
 ex Aegypto in terram Chanaan traduce-  
 ret, & legibus instrueret pro conditione  
 populi & terre in quam profecturi erant  
 vnde leges illę de Diuisionibus, de Here-  
 ditatibus, de Sabbathismis, & alijs id ge-

nus rebus ortæ sunt. Iam vt hæ leges cō-  
modissime fuerūt populo Iudaico in ter-  
ra Chanaan, ita reliquis nationibus, abs-  
q; notabili & insigni ciuilitatis confusi-  
one seruari nō possent. Sic graduū q̄ q̄  
cognationis & affinitatis ordine populū  
sue ditioni subiectum, non alienum (ni-  
si quantum nature confinis esset) guber-  
nari voluit. Nam quod a Mose præci-  
pitur, quando habitauerint fratres simul  
& vnus ex eis absq; liberis mortuus fue-  
rit, vxor defuncti nō nubet alteri, sed ac-  
cipiet eam frater eius &c. Deut. 25. Quo  
spectat nisi ad semen populi eius multi-  
plicandum, vt a domino pmissum erat?  
Quo item spectat nisi ad populum suū,  
quod Deu. 7. phibet ne de filijs suis dent  
filiabus Chananeorum: ijs tamen nemo  
reliquarum gentium alligabatur.

Iam cum Mose suas cōstitutiones or-  
dinauerit p ratione sui populi, neq; chri-  
stianorum in Germania sed Iudeorum  
fuerit Magistratus in terra Chanaan a  
Deo traditus, nemo ergo Germanorum  
ipsius

ipsius legibus obligatur, nisi in quantū cum lege naturali concordauerint, neq; contrariæ constitutionibus sui magistratus reperiantur. Nam si rem diligentius expendas, senties Diuū Mosen duabus præcipue regulis, suum de Matrimonio ordinē fundasse, natura, videlicet, & subditorum suorum conditione. Legis naturalis est, quod prohibet inter patrē & filiam, inter filium & matrem fieri Matrimoniu &c, qd' a cæteris etiā nationibus assumptum est, non quia Mose vetuit, sed quia naturali lege in cordibus nostris a deo scriptum reperitur, etiamsi a Mose nuncq; litteris assignatum, posteritati commendatum fuisset.

Conditionis autem sunt. Quod præcipit de fratre defuncti vxore ducenda, quod prohibet simul duas forores habere, id quod ante populū multiplicationē Patriarchis concessū erat, post x̄o nō videbat̄ amplius vsui futurū, p̄terea nuptias Hetheorū, Iebuse: Amorre: Chanane: &c inhibet, nō quod lege naturali sit ihibitū

C iij sed



sed quod non iudicaret populo suo huiusmodi nuptiis bene prospectum. Hæc tamen & similes leges neminem prorsus obstringunt, nisi pro comoditate populi, tales etiam ferrentur a suo Magistratu.

Papa originem suam ducit ab Apostolis, quibus & si Christus mandauerit, ut non dominantur sed seruiant, Ipse tamen sic astutus suis Dominum assecutus est, & arripuit, ut non modo leges cõderet, sed singulares quosdam matrimonij gradus excogitaret, in quibus confundendis verius quæ condendis, partim Iure naturali, partim suo ipsius capite, partim vero sacra pecuniarum cupiditate nitentur.

Primum Iuris est naturalis prohibere matrimonium inter Patrem & Filiam, quod & Moyses prohibuisse supra ostendimus. Sed ut hoc a nobis non ideo receptum est, quia Moyses prohibuerit, non quia Papa prohibeat, recipitur, sed quia lege naturali per deum cordibus nostris insitum sit. Deinde sui capitis est, quod matrimonia Cognatorum, in quartum  
vscq

vſq; gradū inhibeat, præterea, quod Cōa  
 paternitatis ordinis, & voti gratia quo  
 rundam prohibebat connubia, citra diu  
 ni verbi fundamentum, citraq; Christia  
 norum rationem, ſed mera hypocrifi ad  
 illaqueandas hominum conſcientias ex  
 cogitata. Poſtremo pecunię cupiditatis  
 eſt, quod gradus illos q̄libet ab eo veti  
 tos, ruruſum admiſerit, ſanctiſſima pecu  
 nia, quam præcœteris Diuis maxime ve  
 neratur, interueniēte, & quod erat nefas  
 & illicitum, fas & licitum reddente.

Si Papa nobis Euangeliū predicaret,  
 eum q̄ libentiſſime agnoſceremus p̄ pdi  
 catore noſtro, & conſilijs ſuis, eum in ijs  
 tum in alijs ( ſi modo verbo dei ſtabili  
 ti eſſent ) caſibus, huc grauatim aquieſce  
 remus. Sed quia falcem ſuam in meſſem  
 ( vt aiunt ) alterius mittit, nec prædicat.  
 Dominatur, non conſulit. Præcipit non  
 mandat, id q; ſine verbo, ſine cauſa diu  
 nitus inſpirata, ſed excogitata hypocrifi  
 & quia Deus nobis alium Magiſtratum  
 inſtituit, noſq; papam p̄ magiſtratu non  
 C v agno

agnoscimus, nō ergo necesse est, vt eum  
in causis Matrimonialibus imitemur,  
neq; ad nos attinet, nisi quatenus Iurina  
turali conuenientia præcipit.

Cæsarea vero maiestas, siue pia sit per  
sona Cæsaris siue impia, ordinata est a  
domino deo nostro, vt esset magistratus  
noster, cuius certiores reddimur a Diuo  
Paulo Rhom. 13. Iam cum eius magis-  
tratus constitutiones & leges, sint ordi-  
natio dei, & iste nobis (qui in Germania  
Cæsarem sūmum nostrum magistratum  
agnoscimus) certū psonarum ordinem  
in matrimonio prescribant, decet igitur,  
vt nos p virili nostra quantūq; potuerim  
mus vnq; eas obseruemus ac teneamus.  
Quemadmodū autem Mose in ferendis  
suis legibus, respectum habuit legis natu-  
ræ, sic & Iura ciuilia. Vnde nuptijs inter  
parentes & liberos interdicit, tales eim  
nuptiæ, rationi quoq; naturali, etiam si le-  
ge non prohibitiæ essent, incestuose vide-  
rentur. Deinde honestatis etiam publicæ  
rationē habuere, cum phiberent nuptias  
inter

inter me & filiam fratris aut sororis meę  
inter me & vxoris meę sororem iam de-  
functę, inf me & vxorę fratris mei mor-  
tuis, idę pter legem Mosaicam. Verum  
cum nostra salus, ab ijs rebus non pende-  
at, neę ad fidem christianā regratur aut  
faciat, siue ducam fratris aut sororis meę  
filiam, vxorę aut fratris aut sororis &c.  
siue non ducā. Iura vero has mihi perso-  
nas nō sine consilio aut ratione phibeāt.  
Meminerit ergo quis christianorę sub-  
ditus, sibi vt Iure veritas, ita ab eorū nup-  
tjjs abstinentum esse.

Eiusmodi sunt etiā ille, quę phibentur  
vel ratione cōpaternitatis, ne ducā vide-  
licet illam quā e sacro fonte leuauerim,  
quę & si papisticū nō nihil sapiat, quia tñ  
non absq; consilio principis facta sit hec  
cōstitutio, neę ad fidem nostram potius  
attineat, quā ad honestatē publicam, &  
ab ijs iure nobis abstinēdū esse sciamus.  
Item quos phibent ratione vel adoptio-  
nis, vel tutelę, vl' seruitutis, vel violentis  
rapinę, sua eim est Cęsarum ratio, cur il-  
las phibuerint. Vbi



Vbicumq; ergo & in quacumq; regione  
(per ipsorum enim auctoritatem in quibus-  
dams locis quaedam abrogata sunt)  
Cesarum constitutiones adhuc vigent,  
ibi nec a subditis vlllo pacto, aut negligi  
aut contemni debent, si modo seruari pos-  
sint, absq; salutis & animarum periculo,  
propter quod euitandum, lex etiam ipsi-  
us non semel abrogatur. Nam si huiusmo-  
di leges ab Imperatoribus late fuerint vt  
absq; irrecuperabili animarum dispen-  
dio teneri non queant, tum nemo non no-  
uerit deo plus obediendum esse q; homi-  
ni. Proinde cum nostra tempesta (nibus.  
te, incertum sit vulgus, & inscium cuius  
potissimum auctoritate nitatur, & inter-  
rim necessitas, vt ordo fiat, ad caninas il-  
las nuptias (salua Piaꝝ auriũ reuerentia)  
cohibendas exiget. Nec infrugiferum  
mihi videretur, si pius Magistratus per-  
sonas aut gradus vetidos, ex Iure civili,  
per doctissimos & prudētissimos quosq;  
Iuris consultos diligentissime collectos  
populo suo, saltem p̄ Parochos cuiusq;  
loci

Ioci promulgandos curent, serio præcipiens, ne nuptiis aduersus ordinem illum contractis, ipsi aut benedicient, aut cõfirmement. Sed ad destinatos iudices mittant, vt illorũ arbitrio pro rei conditione, vel confirmetur vel infringatur & separent. Hinc pastorum etit, populũ e suggestu fidelit admonere vt si qui velint, matrimonia sua honeste & cum timore dei cõtrahant, parentũ esse vt priusq̃ contrahatur rem diligenti cũ vicinis & cognatis suis expendant, ne coniugium futurum aliq̃ vel cognationis vel affinitatis gradu impeditũ, iure contrahi non possit, itaq̃ caueant, ne se ipsos in periculũ aut damnũ aliquod precipitent.

AN QVI VIRGINEM VIOLARIT, violatam ducere cogi debeat.

CAPVT TERTIVM.

DE CORRVPPTIS, quæ nondum alicui desponsatæ sint, Mose Exo. 22, sic præcipit, Si seduxerit quis virginẽ non

nondum desponsatam, dormieritq; cum  
ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem.  
si pater virginis dare noluerit, reddet pe  
cuniam iuxta modum dotis, quam virgi  
nes accipere consueuerunt.

At Iura Ciuilia non nuptiarum, sed tan  
tepe neq; meminerunt. Sed eadem inquit  
Lege Iulia, etiam stupri flagitium punit,  
cum quis sine vi, vel virginem, v' vidua  
honeste viuentem stuprauerit, pena aut  
eadem lex irrogat peccatoribus, si honef  
ti sint, publicationem partis dimidia e  
orum bonorum, si humiles corporis coer  
tionem cum relegatione. Iusti. de publ.  
iudi. parag. Item lex Iulia de adul.

Vtrius autem constitutio nobis est ac  
ceptanda? Supra diximus Mosen non  
nostrum esse magistratum in Germania,  
sed Iudeorum in terra Chanaan, proinde  
constitutionibus eius non obligamur.  
Et quia nemo cogi debet ad matrimonii  
um, æquissimum ergo Iura ciuilia nemi  
nem cogunt, sed de corruptore, nisi sua  
sponte corruptam ducere velit (cui tum  
demum

demum ignoscit) meritum indictumque  
 supplicium sumunt, vt auferatur malum,  
 & iustitiæ consulatur.

Quod si tale quipiam aliquando con-  
 tingeret, tum Pastor eius loci non incon-  
 uenienter adulescentem corruptorẽ ad-  
 monuerit vt corruptam ducat, quando-  
 quidem puellulæ virginitatem suam pre-  
 ciosissimum omnium bonorum, & incõ-  
 parabilem thesaurum dolose surripuis-  
 set, circa quam porro desolatam & infas-  
 mem per omnem vitam degere cogeret,  
 idque vnus ipsius causa, quia simplici &  
 credulæ suis blanditijs & captiosis astu-  
 tijs imposuerit, neque tantum ei bonum  
 vnquam restitui posse, nisi vnico Matrimo-  
 nio, quod vt cum ea contrahat, non tam  
 horrendo & metuendo potestatis gladio  
 quam Charitate Christiana debeat im-  
 pelli & cœtera.

Procul enim dubio, si mica pietatis in  
 Corruptore fuerit, cogitabit aliquando  
 non modo quid libeat, sed quid etiã sibi  
 facerẽ



facere liceat, & q̄ alius rem expenderit,  
quantum dederit damni proxime sue, in  
quantum obproprium, & quantam igno  
miniam eā conijcerit, neq̄ aliud quicq̄  
reperiat, per quod talia resarciri possint,  
præter cōnubium, p̄fecto sua sponte, id  
quod decet, faciet, & corruptā ducere cu  
Si vero tanta foret ipsius perti (piet.  
nata, vt sese non velit admoneri adules  
cens, poterit a pastore ad iudices matri  
moniales remitti etiam ab eis admoneri  
dum, quorum omniū admonitionem si  
contemnat, magistratus erit, vt talē cor  
ruptorem, indicta pena cōdēnet, aut alio  
supplicio pro rei dignitate puniat.

AN HOMINI CHRISTIANO,  
vt olim Iudeis, liceat duas aut plu  
res simul vxores habere.

CAPVT QVAQTVM

PII OLIM Patriarchæ, velut Abra  
ham, Iacob, David, &c. duas aut plu  
res simul vxores habuere. A quibus for  
san

san simplices exemplum sumere, & cogitare possent, neq; Christianis illicitā aut vetitā esse Polygamiā, vt videlicet vnus vxores simul plures habere queat. Proinde licet huc vsq; talis apud nos consuetudo non fuerit, causa tamen huius consuetudinis enarranda est, ne fortasse quispiā Patriarcharum exemplo periculose nittatur, & ex ijs plures simul ducēdi vxores, æquum & iustum esse concludat.

Marrimoniū ab initio legimus a domino deo nostro ita creatū esse, vt ij duo Adam & Heua vnum corpus essent, aut vt scriptura loquit, vna caro. Huc refer quod Apostolus ait i. Cor. 7. Vxor proprii corporis ius non habet, sed maritus, similiter & maritus proprii corporis ius nō habet, sed vxor. Iam vt vxor, quia maritum habeat, & sui corporis ius non habeat, alij nubere non potest, ita nec maritus, quia vxorem habeat, neq; proprii sui corporis ius habeat, aliam ducere poterit. Nam si verū est, quod maritus sui corporis ius nō habet, sequi ergo necessariū

D est

est, contra naturam esse Matrimonij, vt vnus simul plures ducat aut habeat. Quis eim ei, sui corporis, trãsserendí potestã faceret, cum tamẽ, quod ad matrimoníũ attinet, suum non sit, sed vxoris? Proinde sic ordinatũ est 'a Domino, vt vnus vnam tantũ habeat vsq; ad finẽ vitæ eius, tum demum eim liber erit vt aliam ducere queat

Sed quid quod Patriarche (qui & ipsi citra controuersia, homines pij fuerunt, neq; naturæ matrimonialis ignari) plures simul habuerunt? Alia fuit ratio Patriarcharũ ante aduentũ Christi, alia Christianorũ est post aduentũ eius. Posteaq; enim dominus Patriarchis se multiplicaturũ semẽ eorum instar harenæ maris, & stellarum cœli promississet, idq; cõmodi ori medio fieri non poterat q; coniugũ multitudinẽ, colligitur, vna cum pmissione, priuilegium etiam plures ducendi Patriarchis 'a domino Deo nostro cõcessum esse. Hoc enim cum Patriarche facere non abhorrent, neq; eorum matrimonia deus repbaret, sed nichilominus

boni & accepti essent in oculis eius, facile  
 coniecturari potest, quod tale privilegium,  
 & si litteris expressum non sit, facta tamen  
 promissione de multiplicando semine a spi-  
 ritu sancto Patriarchis declaratum fuerit,  
 & æquum esse post etiam factum testatum sit. Id  
 vero privilegium tantisper duravit, donec  
 promissio Dei de multiplicando ipsius  
 Abrahamæ semine corporali, per Christum im-  
 pleret, cui successit semen illud Abrahamæ  
 verum & spirituale. Cessante vero iam causa,  
 etiam causatum cessare necesse est.

Post Adventum ergo domini nostri Iesu  
 Christi, ius matrimonij naturale, ut unus  
 unam tantum habeat, rursusque invaluit, ex  
 quo nulli unquam christianorum licuerit plu-  
 res simul uxores habere. Nam & si veteris  
 Patriarcharum ante christi adventum plures  
 habere concessum sit, tamen notum est quod dicitur,  
 communia iura per privilegia singularia non  
 abrogari, aut privilegia communem legem non  
 facere, ut habetur in glos. de priui. & excess.  
 priui. c. Sane. personæ enim cum sint, una cum  
 personis extinguntur, li. 6. de reg. iur.

D ij



Ita q̄ priuatas quasdam personas exis-  
mūt ceteris sub cōmune Iure conclusis.  
Et quod coniugium multitudo sūmope  
re Deo displiceat, neq̄ inter christianos  
eam haberi velit, vel ex eo sumi potest,  
quod etiamsi a Cēsare Valētiniano pub-  
lice quondam constitutū esset & conces-  
sum vt quicūq̄ vellet duas vxores simul  
habere posset, ipseq̄ legislator duas pri-  
mus omniū duxisset, paucos tamen imi-  
tatores repererit, adeo vt et post mortem  
ipsius, lex ab eo lata penitus aboleretur,  
vt est in Tripar. histo. lib. 8. ca. 11

Iam si tale priuilegium int̄ Christianos  
permanere voluisset, absq̄ dubio p̄man-  
sisset, cum Cēsar potentissimus et lege &  
facto confirmaret. Quod aut̄ non p̄man-  
serit hinc est, quod dominus huiusmodi  
lege nō delectetur, & Ius illud matrimo-  
nii commune seruari velit.

Hinc Magistratus nemini plures simul  
habere concedat, quod autem si fieret, in  
nebulonem illū qui talia aduersus leges  
cōmiserit p̄nis sup̄ hoc, Iure civili cons-  
titutis

stitutis animaduertat, pastor aut̄ nuptiis eius nō benedicat, sed talem magistratū castigandū relinquat, quem si negligētiorē esse senserit, ipse nocentē excōmunicet, donec contritione & resipiscētia rursus in album christianorum assumendum esse declaretur.

AN VT OLIM INTER IVDĒ, deos, sic inter Christianos, de quibuslibet causis Diuortium fieri liceat.

### CAPVT QVINTVM

QVamquā ab initio Matrimonium ita comparatum & confirmatū fuerit a Deo, vt neuter ab altero siue rebus prosperis siue in prosperis separari debeat. Sed quia coniuges non semper similes erant, et nonnunquam diu iungerentur, quorum neutrum cum altero vnquam poterat conuenire, preterea similtas, odium & inuidia inter coniuges subpullulascerent & altius etiā radices, quam vt sine piculo euelli possent, infingerent, Mose, vt maiora inhiberet

D in̄ peri

pericula in veteri Testa: rigidis & obsti-  
natis hoīnibus libellū repudiij p̄ mittebat  
q̄ & si boni aut iusti, parū exequeret, ma-  
ius tamē malum īpediret. Sic autē legitur  
Deut. 24. Si aliq̄s acceperit vxorē & ha-  
buerit eā, & nō inuenerit gratiā ante ocu-  
los eius p̄pter aliquā fēditatem, scribeb̄ li-  
bellū repudiij, & dabit ī manu illius & dī-  
mittet eam de domo sua. Cum autē istac  
cōstitutio p̄ se p̄prie ius non faciat, et po-  
tius sit maioris mali coertio, q̄ iusti do-  
cumētum, p̄terea nec cordatissimis q̄bus  
q̄ Iudeis bonū videret vt quoties & sup̄  
Iana caprina, vir mulieri grauius irasce-  
ret & odisset, deberet facultatē habere eā  
a se dimittēdi, aliamq̄ ducēdi. Proinde  
accesserūt Pharisei ad Iesum, & int̄roga-  
bāt eum, dicētes. Licet ne homini diuor-  
tium facere cū vxore sua qualibet de cau-  
sa? Qui respondēs ait eis. An nō legistis  
quod is q̄ fecit ab initio masculum & fe-  
minā fecit eos? Et dixit, p̄pterea deseret  
homo patrē & matrē, & adglutinabit̄ vx-  
ori sue, et erunt duo in carnē vnā, ita q̄  
iam nō sunt duo sed vna caro, quod ergo

Deus copulauit, homo ne separet. Dicunt illi. Cur ergo Mose iussit dare libellum repudij, & dimittere eam? Ait illis. Mose adduritiã cordis vñ p̄misit vobis repudiare vxores vestras, ceterum ab initio non fuit sic. Dico autem vobis, quod quicumq; repudiauerit vxorẽ suam, nisi ob stuprũ & aliam duxerit, is cõmittit adulterium: Math. 19. Huic ad stipulatur quod idem Iesus Christus dominus noster dixit.

Math. 5. Quisquis repudiauerit vxorem suã nisi causa stupri, efficit, vt illa sit ad ultra, & quicumq; repudiatam duxerit, adulterium cõmittit.

Ex quibus verbis Iesu Christi, satis intelligit, inter Christianos, ob iram aut odium aut discordiã coniugum, nisi stupri causa, diuortium fieri non posse. Maiora quãdem scelera sunt, vt infidelitas, blasphemia, patrię proditio, veneficium, & id genus plurima. Atqui nullum contractui matrimoniali æque aduersum ẽ, atq; ad adulterium, Proinde solum etiã illud matrimonium dirimit.

D iij Hinc



Hinc oritur questio, an dirempti ma-  
trimonii p̄sonę, rursus aliud contrahere  
possint, an ita absq̄ cōiugio permanere  
cogant? In presentiarum de persona  
rea nihil loqui volumus, sed ipsam ma-  
gistratui puniendam relinquamus, cuius  
intererit in tantū crimē, iusto & indicto  
suplitiō, p̄qualitate rei animaduertere.

Pastores aut̄ (si magistratus negligenter  
esse velit) ream excōmunicare. De alia  
vero & innocenti persona loquamur, an  
illi post diuortii p̄ie rursus matrimoniū  
cōtrahere permitti possit. Hic nihil mo-  
ror inueteratam & inolitam consuetudi-  
nem, per quam altera separatarū alterius  
obitū expectare cogebatur, cum ista con-  
suetudo videatur ex ignorantia scriptu-  
rarum orta, præterea longe diuersissimū  
e verbis Christi, & Apostoli Pauli sentē-  
tijs reperiatur.

Primū eim si acuratius in vocabulū Di-  
uortij intendas, intelligas esse non sepa-  
tionem conuersationis aut p̄sonarū mo-  
do, sed ipsius Matrimonij, quod vbi so-  
lum

tum fuerit, matrimonium porro dici nō potest, sed libertas. Cum ergo altera personarū alterius stupro, hoc est matrimonij diremptione libera redditur, quis prohibeat, quo minus demū aliud possit contrahere matrimoniū? quis impediat cum altera iam careat, in cuius potestate iam olim impedire fuerit? a qua per solutionē coniugij separata est & libera.

Præterea certum est, quod cū Christus a phariseis super diuortio Math. 19. interrogaretur, ipsiq; vt supra dictū est responderet, vocabulū diuortij seu repudij non aliter intelliigi voluerit, quam ipse Mose in lege, atq; vt eo tempore in vsu fuerit. Eo autē Mose sic vsus est in lege, vt repudiati libere rursus contrahere potuerint, earq; potissimum causa, iussit libellū scribere, vt certū haberet mulier sui repudij testimonium, adeoq; cui cūq; vellet, iterū posset nubere. Adde quod idem subiungat. Cumq; egressa altero marito nupsisset, & ille quoq; oderit eam &c. Quod proculdubio subiungere non potuisset, nisi

D v repu

repudiata potestatem habuisset alij mari-  
to nubendi, sed simpliciter dixisset repu-  
diata vero alteri non nubat. Proinde cum  
Christus Dominus noster, quemadmo-  
dum Mose vocabulo repudij usus sit, ne-  
que nisi vnus adulterij causa repudiu ad-  
mittat, libere permittit ergo, vt altera pars  
coniugum inocens rursus sese matrimo-  
nio copulare queat, & hoc quidem ex propriis  
is ipsius verbis facillime sumi potest, cum  
inquit, Dico autem vobis, quisquis repu-  
diauerit vxorem suam, nisi causa stupri  
& aliam duxerit is committit adulterium,  
Vnde sequitur, eum qui stupri causa, vx-  
orem suam repudiet aliamque ducat, non pec-  
care, neque adulterium committere, quia de  
priori matrimonio solutus sit, & de vxore  
reper eius adulterium liberatus. Id enim  
nisi sequeretur, & is qui vxore sua propter  
stuprum repudiata aliam duceret, æque  
adulter esse deberet, atque illi qui ob aliam  
vel iræ vel odii causam vxores suas dimittit  
terent, quid opus fuisset Christum solam  
hanc adulterij causam excipere ?

Et

Et licet Marci 10. Luc. 16. Ita simpliciter  
 hæc verba sonant. Quicumq; repudiaue-  
 rit vxorem suam, & duxerit aliam, adul-  
 terium cōmittit aduersus illam, nihilo-  
 minus tamē hæc appendix, nisi causa stu-  
 pri, quia bis ponat apud Math. cap. 5. &  
 19. semper subintelligit. Nam & in aliis  
 quoq; rebus hic mos Euāgelistarum ob-  
 seruatur, vt quod hic pluribus recēserit  
 aut alius aut obmittat, aut breuif & sum-  
 matim perstringat. Et sunt certe Docto-  
 res, qui quā maxime Marci & Luce Euā-  
 gelistarum sententiis imitant, iterim mi-  
 ferrime, id quod apud Matheum est tor-  
 quētes, sed clarior ē textus, & appendix  
 manifestior, quā qui nostrā hanc de repu-  
 dio sententiā in frīgat, adeo, vt q; velit vx-  
 orem suam adulterā repudiare, cum alia  
 cōtrahere possit, & non peccet, idq; auto-  
 ritate Christi. Iā cum dominus noster Ie-  
 sus Christus alterius, hoc est, innocentis  
 matrimoniū nō phibuerit, cur hōmibus  
 ergo liceret, id qd' ipse cōcessit phibere ?  
 &



& ementitis sceleribus infirmas hominum consciencias, si qui ducerent, illaqueare? Adde quod equitas idē hęc postulet, quę nam eim esset, si psona innocens ad nocentē & adulteram cogi deberet? aut si seiungerentur, innocētī tamen phibetur alterius matrimonii cōtractus? Quis enim vnq̄ audiuit quod de calamitoso supliciū sumi debeat, sine cuius vel consilio vel facto huiusmodi calamitas obuenerit? perinde esset ac si quispiam eum, qui ex alieno incendio iacturā fecisset omniū fere bonorum suorū, aut relegare vellet, aut eo etiā quod ex incendio reliquum ei permansisset spoliare.

Porro cum iuxta verbū Christi is qui uxorem repudiauerit, absq̄ causa stupri efficit vt adultera sit, quomodo non in simule adulteriū, q̄ ex suo ipsius capite innocenti matrimonii phibet? cum hęc fortasse psona, extra matrimonii, absq̄ peccato esse non possit. Et itē Ius Canonicum admittit, vt si alter infidelium coniugum ad fidem chatolicā conuertatur, altero

altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eū pertrahat ad mortale peccatum, cohabitare uolenti, qui relinqtur ad secunda, si uoluerit, vota transire possit, C. Quanto te nouimus: de Diuor. Iam si ppter infidelitatem repudium, & repudiate alterū conceditur matrimonium, cur non propter adulterium concederet, cū tamen hoc potius, quam infidelitas matrimonia dissoluit. Neq; ista repudiū consuetudo in uet & audita est ecclesiæ Christianæ, cū & Origenes ipse vetustissimus, scribat suo tempore quosdam Episcopos repudiatarum nuptias admisisse. Homelia in Math. 7. Et licet Origenes id ppter scripturam eos fecisse dicat, non tamen reprobatur factum eorum. Sed facile ex supra dictis est intelligere, Episcopos illos, quos tandem fuerint, maiore habuisse scripturarū cognitionē & intellectū, q̄ Origenem, alias eim non ita temere aduersus scripturam egissent. Et nobiscum sentit Diuus Ambrosius, qui viro licere, scribit, ducere uxorem

orem, si dimiserit vxorē peccantem q̄  
uis autem idem Ambro: paulo ante muli  
eri, aut ob infidelitatem, aut adulteriū a  
viro suo repudiatę potestatem alii nubē  
di non facit dicens, Inferior nō omnino  
hac lege vtitur qua potior, tamē non ita  
multo post, super uerba Pauli. Non eim  
seruituti subiectus est frater vel soror in  
huiusmodi, rursus concedit his uerbis  
non debetur reuerentiā coniugii, ei qui  
horret autorem coniugii, non enim ratū  
est matrimonium, quod sine dei deuotio  
ne est ac per hoc non est peccatum ei qui  
dimittitur propter Deum si alii se iunx  
erit, contumeliā eim creatoris, soluit ius  
matrimonii circa eum qui reliquitur, ne  
accusetur alii copulatus &c. Hactenus  
Ambrosij uerba recensuimus, in quibus  
utrisq; rursus matrimonium contrahe  
re permittit. Hanc preterea Pape cuius  
dam Zacharię sententiā fuisse legimus.  
Concubiisti cum sorore vxoris tuę, si fe  
cisti neutrā habeas & uxor tua si non fu  
erit conscia sceleris, & continere nō uult  
nubat in domino cui uult, Lib. Sententi.

4. dist. 34. De ijs qui cum duabus sorori:  
dormiunt, e quibus verbis rursus intel-  
ligitur, ecclesie non inauditum esse, vt alte-  
ra repudiata & psona, post diuortium, alio  
sefe matrimonio copulare possit, qua[m]q[ue]  
sint qui suis glossis hanc sententiam ita tor-  
queant, quasi Papa id quidem mulieri con-  
cesserit, sed post obitum mariti sui adul-  
teri, verum satis adptus est textus, & nulla  
difficultate obscuratus id mulieri, viuo  
etiam adhuc adultero permittens, vt intel-  
ligas huiusmodi glossas meras esse nu-  
gas & comenta Sicularum garris vaniora.  
Postremo nobiscum etiam sentiunt iura ci-  
uilia, vt est c. de repud. 1. Sed consensu, q[ui]  
& ipsa post diuortium iuste ac ordine suo  
pactum innocenti rursus alterum matris-  
monium contrahere permittunt. Proinde cum  
primum Christus d. n. Deinde pii quidam &  
eruditi Episcopi, Postremo vero iura ciui-  
lia alterius matrimonium post diuortium ad-  
mittant, quos tam rigidus ergo tam durus aut im-  
pudicus esse quodammodo, vt innocenti matrimonium ab ip-  
so deo a magistratu diuinitus ordinato  
concessum, ausit tamen denegare.



Aduersus autē hanc sententiā nostrā  
loca quēdam e Diuo Paulo adduci solēt  
quibus confirmare volunt, alterius ma-  
trimonium, non nisi post obitum alteri-  
us admittendum esse, quorum prius est  
Rhom. 7. Nam viro obnoxia mulier, in-  
quit, viuenti viro alligata est per legem,  
quod si mortuus fuerit vir, liberata est a  
Iure viri, proinde viuentē viro, adultera  
iudicabitur si se iunxerit alteri viro, si  
autem mortuus fuerit vir, libera est a iu-  
re viri, vt nō sit adultera, si iuncta fuerit  
alteri viro. Hęc verba Pauli iuxta aduer-  
sariorum opinionem concludere debēt,  
quod post repudiū nulla pars q̄at matris-  
monio copulari. Verum qui Paulum di-  
ligentius expenderit, inueniet eum hic  
loqui non de parte aut casu quodam, sed  
de natura totius matrimonii, nec dum p  
adulterium seiuncti, id q̄ per similitudi-  
nem tantū (eius eim propositi non erat  
quicq̄ istic super matrimonio docere)  
vnde cœteris casibus omissis, horū mē-  
tionem tantū facit, quibus sibi videbat  
suum

suum propositum sufficienter declaratum

Secundus locus est, 1. Cor. .7. (iri:  
 Vxor alligata est matrimonio, q̄ diu vi-  
 uit maritus eius, quod si dormierit mari-  
 tus libera est ad cui velit nubendum, mo-  
 do in domino &c. Sed ne hic quidem po-  
 tius loquitur de adulterij causa repudia-  
 tis quam de conditione, & totius matri-  
 monij natura, quod in contractu cōnubi-  
 ali tale pactum intercedat, vt neuter ab al-  
 tero separi aut velit aut debeat, rebus si-  
 ue secundis siue aduersis. Interim vero si  
 stuprum ab alterutro, permissione Dei,  
 cōmittatur, proculdubio matrimonialis  
 ille contractus, & pactum illud connubi-  
 ale quod inter vtrumq̄ intercesserat, dis-  
 soluitur, tantisper enim vnius cuiusq̄ vo-  
 tum & iuramentum manet, donec condi-  
 tio & natura contractus, alterius malefi-  
 cio non infringatur.

Tertius est, & qui videtur ad oppug-  
 nandam sententiã nostram validissimus  
 in eodem capite. At coniugatis, inquit,  
 præcipio, non ego, imo Dominus, vxor  
 E a viro

a viro ne separetur, quod si separata fue-  
rit, maneat innupta, aut marito reconci-  
lietur, & maritus vxorē ne dimittat &c.  
Verum hic q̄libet Achileus & potentis-  
simus, si ad regulam & amissim verbo-  
rum domini nostri Iesu Christi expendā-  
tur Math. 5. & 19. quilibet vel mediocris  
ingenij, sentiet Apostolum loqui, de ijs  
qui vel in ira vel odio, nō vera stupri aut  
adulteriij causa separentur, quemadmo-  
dū & a Mose & ab Aethnicis magistra-  
tibus, turpioris sceleris euitandi gratia p-  
missum erat, Qui eim posset Apostolus  
aduersus p̄ceptorem suum docere? aut  
legatus agere, aduersus legationē domi-  
ni sui? Iam cum Christus quodlibet ma-  
trimonium, p̄pter fornicationē separari, &  
separato rursus aliud inocenti contrahe-  
re pmiserit, Qui potest ergo Paulus hoc  
loco, de repudio p̄pter adulterium facto  
loqui? Proinde cum dicit Apostolus vx-  
or a viro non separetur, quod si separata  
fuerit maneat innupta, intelligit separa-  
tionē p̄pter iram aut odium, q̄ separationē  
non admittunt, non aut propter adu-  
lterij

rium, citra cuius vnus rationē, separari aut inuicem reconciliari, aut absq; matrimonio uiuere cogunt, & hic est germanus Apostoli intellectus, diuo etiā Ambrosio attestante.

Verum hic obijcitur, Quod si matrimonio dissoluto, alteri rursus aliud matrimonium concedi debeat, multos nihil homines, vt à priori sua coniuge liberari possent, adulterium cōmissuros. Non crediderim ego dominum nostrū Iesum Christū tantē fuisse vel oscitantē vel imprudentē, vt cū istud institueret aut permitteret, huius tam stolidæ & frivole obiectionis non meminēret, vt qui prudentior fuerit & sapientior, quā qui concederet aliquid, vnde plus sciret flagitiorū quam emolumentū nasciturum. Deinde magistratum ordinauit, vltorem ad irā, ei q; quod malū est fecerit, cui etiā adulteria puniēda comisit. Quid quod saluator ipse, adulteros, nisi resipuerint regno salutis destituēdos esse minet. Adulteri inq; hereditatem dei non possidebunt.

E ij lam



Iam si quis fuerit tantę impudentiæ, vt nec infami Magistratum castigatione, nec horrēdo salutis interitu ab adulteriꝝ flagitio deterrētur, huic, quo quęso medio succurrendum, aut quo minus cōmittat, obuiandū esse putas? Ipse vero nihil dubito, quin diuortium hoc modo factum prosperrime cessurum sit, multoq; plus cōmodi, q̄ incōmodi pariturū, si modo q̄tum fieri posset, adulterio ī ecclesia crebris a pastore concionibus obuiam irēt, insup & gladio pro virili sua magistratus etiam inhiberet, nam vbi palam fieret, quanta cum ignominia, quanto cum dedecore suo (vt taceam eum rei tum fame iacturam) nocentis repudium pergeret, magna pculdubio fenestra recluderetur cœteris omnibus coniugatis, integre honestęq; viuendi, ne & ipsi in hęc olim infamię notam incurrant.

Firmum igitur manet id quod euidentibus supra rationibus, & sacro sanctis scripturarum testimonijs cōmuniuimus vt scilicet adulteriꝝ causa, diuortiu fieri possit

possit, & pars innocens alio rursus sese  
 matrimonio alligare. Nam quod adulte  
 rium separat, Deus ipse separat, attestante  
 Christo, verum quod a Deo separatū &  
 solutum fuerit, liberum erit & illigatum  
 inq; sua potestate, ius, siue rursū contra  
 hendi, siue sic manēdi tenuerit, alioquin  
 diuortium, non esset matrimonij, sed pso  
 narum dumtaxat & quotidiane cōuersa  
 tionis solutio, quod ita innocenti parti,  
 quia se continere non posset, magis esset  
 carceri q̄ libertati, adeo q̄ peccandi ma  
 gis, quam honeste viuendi ansam præ  
 Postea q̄ ergo satis commonstra  
 tum est adulterium esse vnicam diuortij  
 causam, conueniat autem, vt omnia ordi  
 ne fiant, neq; cui q̄ in sua ipsius causa iu  
 dicem esse liceat. Magistratum interes  
 rit vt ex officio suo, neminem suorū au  
 toritate & voluntate ppria a q̄libet no  
 centi & adultera sua coniuge separari con  
 cedat. Sed si quis alterū fornicatione ac  
 cusare velit, ideoq; repudiū querere, ut  
 iusta debitaq; actione coram iudicibus

E iij ap

ad hoc cōstitutis solemniter id p̄agatur,  
nam & si adulterium cōnubia separet, in  
nocensq; aliq; nubendi potestatē habeat,  
tamen quo nulli p̄beatur offendiculum,  
decet vt illud corā iudicibus exeq̄mur,  
ita vt adulterio sufficientibus signis at  
testato diuortium publice declaretur.

Pastoris autem erit id genus Nuptias  
absq; iudiciū decisione contractas haud  
quaq; confirmare, nec ipsis benedicere,  
interim hoc vnū saxum voluere, & quod  
aiunt, manibus pedibusq; niti, si quando  
discordes coniuges inuicem possit recō  
ciliare, vbi si laterem lauerit, alterq; con  
iugum se alio copulauerit matrimonio

meminerit sibi Pastor huiusmodi

nuptiis penitus nō esse bene

dicendū, nisi certo sui

diuortij testimo

nio a Ma

gistratu & Iudi

cibus allato, ne supra

harenam edificare videatur.

An

## AN PROPTER INIMICITIAS

Iram, Veneficiū, aut alias id genus causas, p̄ter adulterium, inter Christianos repudiū admitti debeat.

## CAPVT SEXTVM

**S**VPRÁ ostensū est, Mose Iudeis suis propter simultatem & odiū gratia maioris mali vitandi repudiū admisisse, alijsq; ducendī potestatem fecisse, quā & ius ciuile utriq; sexui facit, non modo p̄pter adulterium, sed & p̄pter alios casus quā plurimos. Nempe si mulier cū viris, nolente marito, extraneis cōniuetur, aut cū eis lauet, si nolente viro foris domū manserit, si Circensibus, aut theatris, aut amphitheatris interfuit ad spectandū, ignorante aut prohibēte viro, aut si quolibet modo viri vitæ sit insidiata, si contra imperium aliquid cogitauerit &c.

Præterea si mulier maritum suum adulterū, aut homicidum, vel veneficiū, vel certe contra imperium alqd molientē iuenerit & in Anten: vt lice: ma: & auis: Parag: Quia vero plurimas Col: octauo



C. derep. & iud. l. consensu. Para. Si qua  
mulier. & Parag. Vir quoq;. In quibus  
omnibus & potestatem viris faciunt aliis  
as ducendi, & mulieribus, aliis nubendi.  
Aduersus autem illa cōtendit dominus  
noster Iesus Christus Math. 5. & 19. di-  
cens, Quod Mose diuortium qdem ad-  
miserit, sed propter duritiam cordis Iu-  
deorum, non autem equum esse, vt in aliis  
casibus, præter adulterium separentur,  
cum ab initio non ita fuerit. Proinde q  
repudiauerit vxorem, nisi causa stupri,  
efficiet vt illa sit adultera, & qui cūq; re-  
pudiata duxerit, adulteriū committit.  
Ex quibus satis itelligimus, quod domi-  
nus noster non velit in Christianos di-  
uortium ita fieri, vt alterutra persona ali-  
as rursus nuptias cōtrahere possit absq;  
ratione stupri aut adulterii. Sed coniuga-  
tis precipiti. Cor. 7. vxor a viro suo non  
separetur, quod si separata fuerit, maneat  
innupta, aut marito reconcilietur. Et ma-  
ritus vxorem ne dimittat.

Quomodo ergo nunc conuenerint inter

E iiii se

se Mose, Ius ciuile, & verbum domini ?  
 Hoc enim ait, Diuortium fieri non lice-  
 re, nisi propter fornicationem & adulter-  
 rium, illi vero propter alios etiam casus  
 admittunt. Id facile capies si in vtriusque  
 rationem intenderis, verbum domini di-  
 recte & simpliciter docet benefacere, alij  
 vero duo ciuiles Magistratus, Mose vi-  
 delicet, & Cęsar, vt maius malum euitent  
 ad minus malū conuenient, idque tali rati-  
 one, Quod verbum domini regat solos  
 pios, & homines christianos. At Ciuilis  
 magistratus persepe sub se habeat cuius-  
 cumque conditionis homines. Item Iude-  
 os, Sarracenos, Turcos, Aethnicos, & id  
 genus infinita contagia. Proinde cum  
 magistratus quilibet bonus, piam tamen  
 & christianam subditorum uitam habe-  
 re non potest, id curet, vt saltem pacificā  
 habeat & tranquillam. Nam cum etiam  
 Mose (qui Iudeorū erat magistratus &  
 legislator ordinatus a Deo) qui spiritū  
 dei habuit, & testimoniū a domino Deo  
 nostro fidelis ministerij in domo eius,

D v ferre

ferre tamen cogeretur, ob maius malum  
precauendū, publicū, & si non inordina-  
tum adulteriū, eo quod viro permiserit,  
ob irā & c. vxorem suam repudiare & ali-  
am ducere. Ex quo sumitur, piū & Chris-  
tianiū Magistratum nō inique facere, si  
quando contra tamē suam voluntatē pa-  
cificum & ordinatū admittat delictū ad-  
piculosius & turbulentius euitandum.  
Ecclesiastē yō, cuius ē verbi ministeriū  
& pastorē cui verbo domini ecclesia gu-  
bernanda cōmittitur, omnino decet iux-  
verbū agere & neminē penitus ferre sub  
suo imperio, hoc est christiana ecclesia, p  
christiano habere, Sacramentorū partici-  
pem facere, nisi q̄ pie & homine christia-  
no digne vixerit. Tollerare quidē vterq̄  
cogitur impiorū multitudinē, verū eos  
in numerum christianorū referre, aut p  
christianis agnoscere, neq̄ cogant neq̄  
debent, quemadmodum ciuilē magistra-  
tū, in alieno regno plures quidem sediti-  
cosos tollerare, verum in suo neminē ferre  
aut cogitur aut debet etiam.

Proinde

Proinde si quispiam subditorū eius esset  
 pertinaciæ, vt nullo prorsus medio vxorē  
 sibi reconciliari velit, suo q̄ repudiā  
 di pposito mordicus & omnino q̄si gla  
 diatorio persistat, neq̄ in causa sit adulte  
 rium, sed atrox q̄dam similtas, & odium  
 plus q̄ vatinianū, vnde timendum esset,  
 aut veneficiū, aut aliquod aliud latro  
 ciniū, si coniugē seruare cōpelleret, tunc  
 ciuilis magistratus coram deo excusatus  
 esset si exemplo ipsius Mose, ad hominū  
 illorū pertinacium (quia se alias cōtinere  
 non possent) concubinātū cōniueret, vt  
 alia clandestina per hunc adulteria nefas  
 riæq̄ fornicationes cohiberentur.

Aliud vero Matrimonium ei concedere  
 non debet, quia nec ab ecclesia confirma  
 ri posset, nec accipi multo minus (vt vtat  
 communi & vsitata voce) benedici. Eo  
 enim modo obstinatis illis hominibus,  
 etiam locus penitentiæ concluderetur.

Nam si suæ tam sceleratæ vitæ peniten  
 tiā agere & resipiscere vellent, cogere  
 vxores suas posteriores, quas duxissent,  
 iterum



iterum repudiare, prioribusque reconciliari, quod tamen quia coniuges essent, & legitime, non bene fieri posset. Graue quidem est & durum pio magistratui subditorum fornicationes tollere. At meminerit sese non tantum Christianorum, sed & impiorum magistratum esse. Præterea maiorem esse cordis humani duritiam, quam ut vi semper gubernari, eiusque flagitia exterminari possint. Et pium Moysen arbitror, ut alius vnquam cuiuscumque fuerit conditionis, huiusmodi hominum fornicationes & adulteria, ægerrime quidem tulisse, tulit tamē, verum hoc ordine, quæ supra scriptum esse Deut. ca. 24. indicauimus, & ob id nihilominus tamē a domino, ut fidelis seruus domus eius, dilecti Pastores autem decet, ut paulus (tus est. lo ante memorauimus, id genus hominum contumacium, nequaquam pro christianis agnoscere, neque villo modo vitam eorum impiam & impudicam iustificare, quia coniuge sua vera repudiata, rem habeant cum concubinis, sed eos admone-

re

re, vt secundum Pauli doctrinam, vxores suas non dimittant, aut si cū ipsis cōuersari nolint, absq; tamen coniugio maneat seq; vel contineant, vel cum vxoribus suis redeant in gratiam.

AN LEPROA MATRIMONI  
um dirimat.

CAPVT SEPTIMVM

**L**EPRA malum est & inmundicia, cōiugum alterutri supra modum tediosa & molesta. Et quia leprosus ab hominum conuersatione & conuictu secludatur, nonnullis videri possit, lepram esse mortem Ciuilem, & mundum propterea coniugem a leproso separandū. Sed quia nec verbum domini, nec ius Ciuile nec Papisticum vllum inter eos repudiū decernant, nec cuiusq; igitur erit ppter Lepram matrimonium dirimere, dominus enim noster Iesus Christus, repudiandi potestatem facit, non propter sordes, aut inmunditiam, non propter inbecillitatem

tatem, nō propter lepram, sed dumtaxat  
propter adulterium et fornicationem, id  
igitur apud omnes christianos ratū esto,  
soliq; verbo domini captiuantur.

Quamuis aut̄ incolumis coniunx, perpe-  
tuā leproso conuersationem non debeat  
debet tamē ex federe matrimonij, & cha-  
ritate christiana, victum & amictum, p̄te-  
rea si qd est aliud quod necessitas ipsius  
expostulauerit, & si per donum dei fieri  
posset, vt vterq; se posset cōtinere, vtriusq;  
consultum foret, quod si fieri nō posset,  
& ab vna debita requiratur beneuolentia,  
ibi alter coniugium iuxta doctrinā Pau-  
li, qua dicit, Ne fraudetis vos inuicē, red-  
dat. Proinde pastoris erit mundum con-  
iugē q̄ diligentissime monere, & adhor-  
tari, vt alimonijs & alijs rebus necessarijs  
adesse velit immundo, p̄terea q̄ maxime  
possit vterq; ad dominum, pro dono cō-  
tinentiæ uociferentur, ut p̄ hoc alia  
fortasse complura maioraq;  
remorent̄ incōmoda.

An

## AN MATRIMONIVM SE

paret naturalis impotentia.

## CAPVT OCTAVVM

**I**PSEM ET Dominus noster Iesus  
Christus triplices homines a cōtractū  
matrimoniali liberauit, Mathei 19. cum  
dicit. Sunt Eunuchi qui de vtero matris  
sic nati sunt, & sunt Eunuchi, q̄ facti sūt  
eunuchi ab hominibus, & sunt Eunuchi  
qui se ipsos castrauerunt propter regnū  
cœlorum.

Proinde cum alter coniugatorū prop-  
ter naturalem impotentiam ad matrimo-  
niale contractum, fuerit inutilis, natu-  
rali coniugio non potest alligari, Diuor-  
tium ergo inter eos decernatur. Quod  
tamen si consideres, diuortium non fue-  
rit, sed potius declaratio quod inter eos  
nullum unq̄ fuerit matrimoniū, aut esse  
poterit etiam. Id tamen fiat ordinatio ne  
Iuris, quod repudium illud post integrū  
trienniū tandem admittit, ī Aūt de nup:  
Para. Distrahūt, ver. p̄ occasionē col. 3.  
An



AN PROPTER DIVTVRNAM  
alterius coniugatorum absentiam,  
altera demum alij possit nubere.

CAPVT NONVM

FIT interdū, vt maritus ab vxore sua  
aufugiat, & in militiam, aut alio quo  
piam proficiscatur. Vnde super hoc con  
trouersum est. An vxor eius relicta, ali  
ud possit contrahere matrimonium, an  
mariti sui aduentum prestolari debeat.  
Ius Canonicum tantisper eam vult inup  
tā manere, donec de mariti sui obitu cer  
tior fiat, quod videri potest e textu Pau  
li decreuisse, septimo Rhomanorum ita  
dicentis. Viro obnoxia mulier, viuenti  
viro allegata est per legem &c. Antea  
vero demonstratum est. Ista Pauli verba  
de diuortio, quod fit ppter adulteriū di  
ci non posse, vnde fortasse nec de ijs pote  
rit intelligi, qui per contumacem obsti  
natiā alteri non velint debitam beneuo  
lentiam reddere (quod ab adulterio quis  
dem parū distat) aut qui propter infides  
lira

litate uxores suas repudient. Ita enim ait idem Apostolus 1. Cor. 7. Vxor proprii corporis ius non habet, sed maritus similiter & maritus proprii corporis ius non habet, sed uxor, Ne fraudetis uos in uicem, nisi si quod ex consensu fiat, extempore. Et paulo post. Quod si incredulus discedit, discedat, Non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, sed in pace uocauit uos Deus.

Cum ergo ex sententijs iam recensitis partim colligi potest, quod alter coniugatorum, altero uiuente adhuc, sit alligatus, partim uero, quod cum mulier fraudata fuerit, alij nubendi potestatem habeat, neque certi quicquam legatur super his rebus expressum uerbo domini, prudentissimorum quorumcunque rationibus & consilijs immitendum esse ducimus.

Principio commodissimum & consulentissimum fore arbitror, si relicta (quam nunc inter uiduas enumero) mulier, Diuini Apostoli uerbis auscultaret ita consulentis, Dico autem inconiugatis & uidu

is, bonum eis est si manserint vt & ego.  
Deinde, Vnusquisq; vt vocauit eū Do-  
minus, ita ambulet. Et iterum. Alligatus  
es vxori nequere Diuortium. Vtiliss-  
imum ergo foret derelictæ, si maneret in-  
nupta & assiduis depræcationibus cla-  
maret ad dominum pro dono continen-  
tiæ, ad præsens periculum, & iminentem  
fortasse calamitatem euitandam.

Deinde si frugalit̃ & sobriè uiueret, ne  
per luxum sibi ipsi videatur incontinen-  
tiam prouocare, virtutis tamen huius, vt  
& cœterarum, non tam facilis est aditus,  
eas enim superi multis sudoribus præsep-  
fere, si quid Hesiodo credimus. Orans  
dus est dominus, neq; semel, sed iterum  
atq; iterum pulsandum, neq; vnq; desis-  
tendum, quis enim scit, an quod Domi-  
nus hodie non dederit, cras idcirco non  
sit daturus? Et vt lis est cum forma  
magna pudiciçiæ, ita rursus arctissima  
luxuû, cū incontinentia est necessitudo.  
Nam & Grecoꝝ puerbio celebrat̃, Ve-  
nerē sine Cerere & Bacho, mrotuā esse.  
Post

Postremo v̄o, si ne v̄llo quidem medio continentia reseruari posset, adeo, vt in ea nubendi cupiditas nulla frugalitate vincibilis, accēderetur, meo sane iudicio non erraret aut peccaret is, qui causam p̄ rei cōditione diligentissime perpensam, secundum ciuiles cōstitutiones, & leges exequeret (quandoquidem in ea re nihil habeat verbo diuino conclusum) ita v̄idelicet, vt derelicta mariti, cum cōsensu eius, ex probabili & necessaria causa q̄piam profecti, aduentū prestoletur innupta, donec de obitu ipsius certior fiat.

Item. Si is qui puellam suis nuptiis pactus est intra biennium exequi nuptias in eadem puertia degens supersederit, eius q̄ spatij decurso sine, in alterius postea coniunctionem puella peruenerit, nihil fraudis ei sit, que nuptias maturando vota sua diutius eludi non passa est. C. de Spons. & arr. L. 2. Quæ si sponsum aliquo profectum absq̄ necessaria & probabili causa, triennium expectarit, expecta re v̄ltra nō tenetur, sed libere poterit alij  
F ij nubere



nubere, Arg. L. Liberum est. C. de repu.  
& iudi. Item. Si alter coniugatorum  
in militiam profectus ab hostibus capia  
tur, q̄ diu ergo manifestum fuerit capti  
uum superesse, Matrimonium insolutu  
& firmum permaneat, neq; alter ad secu  
das nuptias venire poterit.

Si vero incertum fuerit virum superfit  
an non persona qua ad hostes deuenerit  
tunc quinquennium expectandum erit,  
post quod, siue manifestum de morte fi  
at, siue incertum maneat, nubere licebit  
sine periculo. In Auten. denup. Parag.  
Sed etiam captiuitatis, col. iij.

Sed quia nemini liceat, vt sepius dictum  
est, iudicem esse in sua ipsius causa, Dere  
lictæ fuerit, prius q̄ alij nubat, causam su  
am ad iudices referre, quidq; sibi faciens  
dum esse liceat, ab ipsis expiscari. Pasto  
ris autem vt eam, quam possit diligentis  
sime, ad continentiam adhortetur, intere  
rit. Neq; nuptijs eius benedicere, ni

si accepto prius a Iudicibus  
admissi coniugii  
testimonio.

SVMMAE CAPITVM IN  
hoc Tractatu contentorum.

CAPVT PRIMVM

An Matrimonium inter Adulescentes  
& puellas contractum, absq; parentum  
consensu & voluntate, ratum haberi de-  
beat. Folio 1

CAPVT SECVNDVM

Quæ personæ cum aliis absq; vel cogna-  
tionis vel affinitatis, aut alio quouis im-  
pedimento, nuptias contrahere possint.  
Folio 13

CAPVT TERTIVM.

An qui Virginem violauerit, violatam  
ducere cogi debeat. Folio 19

CAPVT QVARTVM

An homini Christiano, vt olim Iudeis,  
liceat duas aut plures simul vxores habe-  
re. Folio 21 iij

## CAPVT QVINTVN

An vt olim inter Iudeos, sic inter Christianos, de quibuslibet causis, Diuortium fieri liceat. Folio 23

## CAPVT SEXTVM

An propter Inimicitias, Iram, Veneficium, aut alias id genus causas, præter adulterium, inter Christianos, repudium admitti debeat. Folio. 32

## CAPVT SEPTIMVM

An Lepra matrimoniū dirimat. Fol 35

## CAPVT OCTAVVM

An matrimonium separet naturalis impotentia Folio. 36

## CAPVT NONVM

An propter diuturnam alterius coniugatorum absentiam, altera demum alii possit nubere, Folio eodem



Impressum Ettelingæ Apud Valentis  
num Kobian,



L93937-Z

OCN 1380847503

In acutu te in late n. i tenere

e atz mē spatulas exūcē colorē

atqz excoq̄t q̄ p̄ p̄nē nāz

a i adunat flatū f̄ bōisicat

atqz auſſe labore qz atqz mollic cu

ūndā fac̄ vituā expellit cap̄ite

**S**ūm̄ **T**ares hūndas reddidit.

manūcū aūc̄ baluacōis p̄ plūm̄ in p̄p̄lo

qz plus q̄ in adurētibz se p̄ qz sedac̄ dat

accēcē in late i chorace i mē duas spatulas

2914-16

um & n̄r p̄d p̄aret aq̄ mltā q̄m̄  
pōt̄ v̄t ut p̄aret aq̄m̄ q̄ v̄lt̄ f̄m̄  
v̄lt̄ p̄eent̄ ēt̄e q̄m̄ n̄e de q̄m̄  
ēt̄e p̄ac̄e m̄ h̄m̄o q̄m̄ q̄ n̄olūt̄ ut  
m̄f̄ū q̄m̄ n̄e q̄redūt̄ ēt̄e m̄c̄iōt̄ ad  
aq̄ n̄m̄ m̄ p̄ōt̄ q̄m̄ q̄ q̄m̄ s̄b̄ico n̄ p̄d̄it̄  
lōc̄o m̄d̄ aq̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō t̄e h̄ōib̄ q̄m̄ q̄m̄  
ēt̄e h̄ōib̄ ēt̄e m̄f̄ū q̄m̄ q̄m̄ ēt̄e m̄c̄iōt̄  
m̄f̄ū ēt̄e q̄m̄ ēt̄e m̄c̄iōt̄ q̄m̄ q̄m̄ ēt̄e  
ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄  
ad aq̄m̄ n̄e v̄lt̄ ut h̄e f̄m̄e ut euc̄iāt̄  
q̄m̄ q̄m̄ ut euc̄iāt̄ ēt̄e m̄ aere p̄m̄ō  
m̄f̄ū ad aq̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄  
m̄f̄ū m̄ aq̄m̄ n̄e p̄m̄ō q̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄  
m̄f̄ū ēt̄e m̄ aq̄m̄ q̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄  
m̄f̄ū ēt̄e m̄ aq̄m̄ q̄m̄ ēt̄e p̄m̄ō q̄m̄

